

DE  
*VARIATIONIBUS DECLINA-*  
*TIONIS MAGNETICÆ*  
*DIURNIS.*

DISSERTATIO,

*Consensu Ampliss. Facult. Philos. Aboënsis,*

PRÆSIDE

*Mag. GUSTAVO GABR.*  
*HÅLLSTRÖM,*

*Phys. Prof. Reg. & Ordin., atque Reg. Soc. Oecon. Fenn.  
Membro,*

ET


RESPONDENTE

*STEPHANO SNELLMAN,*

*Austro-Fennone.*

*publice ventilanda in Audit. Maj. die XXX Nov. 1803,*

*Horis a. m. consuetis,*



*ABOÆ, typis Frenckellianis.*

Kongl. Maj:ts Tro - Tjenare  
Extra Ordinarie Låne-Landtmåtare  
Wälädle  
*Herr ANDERS RINGBOM,*  
Samt  
Wälädla Fru  
*EVA JOHANNA RINGBOM*  
Född R U N G I A

*H*uru glad bör jag icke nyttja ett tillfälle, hvorvid jag offentligen får uttrycka de tacksamhets känslor, som redan länge låg i mitt hjerta, emot de många och flora välgerningar med hvilka I belagat understödja mig i min fattigdom och värvntöshet! Matte aesa välgerningar bära en frukt, som svarar emot Eder önskan och Edert hopp! och matte den öfver våra ödea väkande Försynen tilldela Eder och hela Edert värdas hus all den fällhet, som ett sådant ädelmod och sådan välgörsamhet förtjenar!

Framhärdar med vördnad att vara  
Wälädle Herr Ingenieurens och Wälädla Fruns

Ödmjuk tjenare  
STEPHAN SNELLMAN.



Duplicem esse constat vim Magnetis tam naturalis quam etiam artificialis, attractivam scilicet atque directivam, illam, qua non solum cum ferro, ut jam dudum est observatum, verum etiam cum aliis corporibus quibusvis, ut nuperrim invenit celebris harum rerum indagator COULOMB<sup>(\*)</sup>, ad contactum tendit, & in contactu cohæret, atque hanc, qua Magnetis libere suspensi punctum unum, quod *polus* vocatur *septentrionalis*, versus septentrionem, alterum autem, quod *polus australis* dicitur, illi sèpissime e diametro oppositum, versus meridiem vertitur. Linea per polos hos transiens meridianus est magneticus, quem diversis temporibus & terræ locis cum meridiano terrestri vel nullum vel etiam diversos an-

A gulos

---

(\*) Cfr. *Annalen der Physik*, herausgegeben von LUDW. WILH. GILBERT, Halle 1802, 11 B. 2 St. 254 S.; 3 St. 367 S.; 12 B. 2 St. 194 S.; atque *Journal de Physique par DE LA METHERIE*, T. 54, p. 240, 367, 454.

gulos constituere, notum est. Angulum enim hunc, quem *declinationem magneticam occidentalem* vocant, si polus septemtrionalis ad partem meridiani terrestris occidentalem vertitur, *orientalem* autem, si idem polus situm a meridiano orientalem occupat, non annuam solum, verum etiam diurnam subire variationem observatum est. An vero variatio hæc diurna ubique eodem modo fiat, vel num, sicut annua illa, in diversis terræ locis alias sequatur leges, ob defectum observationum nondum constat; quam obrem, cum theoria Magnetis, cognitis legibus variationum (qualem pro declinatione annua, Parisiis diu observata, nuperrime proposuit per celebris J. C. BURCKHARDT<sup>(\*)</sup>), non parum incrementi assequetur, optandum est, ut in regionibus terræ quamplurimis observationes tales assidue fiant. Ut igitur aliquæ saltem hic etiam institutæ existerent, in variationem declinationis diurnam illas fecimus, in pagellis sequentibus bona cum Lectoris venia describendas.

Priusquam descriptionem nostrarum observationum incipiamus, conclusiones, quas ex suis observationibus alii deduxerunt, afferre necessarium duximus,

---

(\*) Cfr. Ueber das Gesetz der jährlichen Änderung der Abweichung der Magnet Nadel zu Paris, in Monatliche Correspondenz zur Beförderung der Erd und Himmelskunde, herausgegeben von F. von ZACH, Gotha, Februar. 1801, 161 S.

mus, ut vel convenientia vel discrepantia inter has & illas appareat. — Omnes de eo convenire inventimus, quod observaverint acum magneticam duas quotidie peragere oscillationes, unam versus occidentem, alteram versus orientem, ita ut ab hora matutina circiter octava, quando minima est, usque ad horam pomeridianam circiter primam vel secundam, quando maxima observatur, crescat ejus declinatio occidentalis, ab hoc autem tempore rursus ad horam vespertinam circiter octavam vel nonam degrescat. Auroram autem borealem in hisce regularibus oscillationibus irregularitates praecipue efficere, experti sunt (°), ut etiam CASSINI memorat se observasse,

A 2

cor-

(°) Cf. HJORTER in *K. Svenska Vetensk. Acad. Handl.* för år 1747, Vol. VIII, p. 31 &c.; WARGENTIN ibid. 1750, Vol. XI, p. 52 &c.; CANTON in *Philos. Transact. of the R. Soc. at London, for the year 1759*, Vol. LI, Part. I, p. 398 &c.; BLONDEAU in *Journal des Scavans de Decembre 1773*, p. 432, quorum omnium observationes a VAN SWINDEN recentiæ inveniuntur in excellenti ejus opere: *Recherches sur les aiguilles aimantées & sur leur variations régulières*, Part. I, Sect. I, Chap. I & III, premio decorato atque impresso in *Mémoires de Mathem. & Physique présentés à l'Acad. R. des Sciences à Paris*, T. VIII; COULOMB in opere suo premio condecorato: *Recherches sur la meilleure manière de fabriquer les aiguilles aimantées &c.* Chap. V, p. 260, typis mandato ibid. T. IX; WILCKE in *K. Vetensk. Acad. Handl.* för år 1777, Vol. XXXVIII, p.

corpus humanum repellendo afflere acum magneticam.

Acum nostram magneticam consecimus ex elater chalybeo, ad movendum horologium antea adhibito, quam catena, e pilis humanis composita, in centro gravitatis horizontaliter suspendimus, variationesque ejus observavimus Microscopio e duobus vitris convexis ita composito, ut objecta conspecta inversa ostenderet. Huic applicatum erat Micrometrum a D:no DOLLOND egregie factum, cuius filum unum horizontale & in directione magnetica positum ita cochlea moveri potuit, ut supra polum acus septentrionalem observarentur ejus declinationis variationes, ostendente simul indice numerum rotacionum

292, 296, &c.; CASSINI in *Journal de Physique par ROZIER, Avril 1784*, & in *Magazin für das Neueste aus der Physik und Naturgeschichte, herausgeg von LICHTENBERG, Gotha 1784*, B. II, St. 4, S. 10 &c. (His non possumus consiliare ea, quæ leguntur in A. LIBES Anfangsgründe der Physik, übers. und mit Anmerk. herausgeg. von Dr. JOH. FRIEDR. DROYSSEN, Jena 1802, 2 Tb. S. 350, § 1637: "Es lehren uns seine (Caslinis) Beobachtungen, daß zu Paris die Richtung der Magnetnadel sich von 8 Uhr Morgens, bis 2 Uhr Mittags *dem Meridiane nähert*, und sich darauf bis 9 Uhr Abends entfernt, und dann bis den andern tag ruhet."); JULIN in *K. Vet. Acad. nya Handl. för år 1793*, T. XIV, p. 76 &c.

num cochleæ, earumque partes quadragesimas. Uno orichalceo ita suspendimus catenam acum ferentem magneticam, ut nulla in eadem esset torsio, & Microscopium fulcris ligneis supra acum ita fiximus, ut polus hujus septemtrionalis distincte videri posset. Cum ob impulsum aëris in continua oscillatione esset acus, illam aqua, in vase ligneo contenta, immergere coacti sumus; quo facto commode institui potuerunt observationes. Ut cognosceremus, qualem acus variationem quævis cochleæ micrometricæ rotatio indicaret, Microscopium in tali distantia a scala pollicum geometricorum svecanorum posuimus, ut distincte videri posset; quo facto observavimus, mutationem filii micrometrici apparentem in scala fuisse  $= a$  pro  $b$  rotationibus cochleæ. Fuit ergo longitudo arcus, quem perecurrit polus acus, quando eam una cochleæ rotatio metiebatur,  $= \frac{a}{b}$ , adeoque, existente radio hujus arcus seu longitudine acus a puncto suspensionis ad polum observatum  $= r$ , atque posito arcu radio æquali  $= e$ , nec non angulo oscillationis uni rotationi cochleæ respondente  $= x$ , erit  $e : e :: \frac{a}{b} : x$ , atque  $x = \frac{ae}{bc}$ . Est ergo in rotationibus cochleæ respondens angulus oscillationis  $= \frac{ae}{bc}$ .

In prima observationum nostrarum serie fuit  $a = 0,1$  poll. geom.;  $b = 7,75$ ;  $c = 2,27$ ; &  
 A 3 cum

cum sit  $e = 206264.8''$ , erit angulus oscillationis  $= m. 1172'' = m. 19' 32''$ . Consilium non fuit veras magnitudines declinationis (quæ alia acu 7 pollicum longitudinis, variationes 1' ostendente, ob frictionem autem non ita mobili, ut diurnas oscillationes indicaret, inveniebatur circiter  $9^\circ 30'$  occidentalis), sed tantum variationes ejus diurnas determinare; quare æquatione anguli hic inventa usi sumus in reducendis observationibus, ad id simul attendentes, quod major  $m$  majorem indicet declinationem. Omne ferrum in observando de nobis seposuimus; quod autem in Micrometro adsuit, eundem situm respectu magnetis semper retinuit. Hoc idem quoque valet de omni ferro in diversis locis a magnete magis vel minus distis. Hæ autem primum mense Septembri hujus anni siebant observationes. Prima pars valoris  $m$  significat completas cochleæ micrometricæ rotatio-nes, altera vero partes ejus quadragesimas.

Dies	Hora	$m$	Declinatio	Augmentum	Differentia
				Declinationis	inter maxim.
					& minimam
					declinationem.
2	9 <sup>h</sup> 13' a.m.	10.	9 3°. 19' 44"		
	10. 13	9. 34	3. 12. 24	-0°. 7'. 20"	
	11. 0	9. 15	3. 3. 8	-0. 9. 16	
	12. 15 p. m.	6. 3	1. 58. 40	-1. 4. 28	
	12. 30	3. 33	1. 14. 43	-0. 43. 57	
	12. 45	3. 16	1. 6. 25	-0. 8. 18	
	1. 0	3. 3	1. 0. 4	-0. 6. 21	
	1. 5	3. 6	1. 1. 32	+0. 1. 28	

Dies	Hora	m	Declinatio	Augmentum Declinationis	Differentia inter maxim. & minimam declinationem.
15. 15 p. m.	2. 10 0°.43'.56"		-0°.17'.36"		
1. 30	1. 24 0. 31. 15		-0. 12. 41		
2. 5	0. 14 0. 6. 50		-0. 24. 25		
2. 30	0. 0 0. 0. 0		-0. 6. 50		
2. 45	0. 8 0. 0. 59		+0. 0. 59		
3. 0	0. 27 0. 12. 12		+0. 11. 13		
4. 0	0. 23 0. 11. 14		-0. 0. 58		
4. 30	0. 23 0. 11. 14		0. 0. 0		
4. 45	2. 4 0. 41. 1		+0. 29. 47		
5. 0	0. 39 0. 19. 3		-0. 21. 58		
5. 15	0. 39 0. 19. 3		0. 0. 0		
5. 30	0. 11 0. 5. 22		-0. 13. 41		
8. 10	1. 26 0. 32. 14		+0. 26. 52		
9. 50	2. 24 0. 50. 47		+0. 18. 33 3°. 19'. 44"		
3. 6. 20 a. m.	5. 12	1. 42. 32	+0. 51. 45		
7. 0	5. 20	1. 47. 26	+0. 4. 54		
8. 0	5. 20	1. 47. 26	0. 0. 0		
9. 0	5. 39	1. 56. 43	+0. 9. 17		
10. 0	6. 10 2. 2. 5		+0. 5. 22		
10. 30	6. 18 2. 5. 59		+0. 3. 54		
11. 0	6. 11 2. 2. 34		-0. 3. 25		
12. 20 p. m.	6. 35 2. 14. 18		+0. 11. 44		
1. 14	7. 9 2. 21. 8		+0. 6. 50		
2. 0	7. 9 2. 21. 8		0. 0. 0		
2. 30	6. 39 2. 16. 15		-0. 4. 53		
2. 45	7. 2 2. 17. 43		-0. 1. 28		
3. 6	7. 8 2. 30. 34		+0. 12. 51		
4. 10	7. 2 2. 17. 43		-0. 12. 51		
4. 40	7. 15 2. 24. 4		+0. 6. 21		
5. 0	7. 19 2. 26. 1		+0. 1. 57		

Dies	Hora	m	Declinatio	Augmentum Declinationis	Differentia inter maxim. & minimam declinationem.
	5 h. 39' p. m.	7. 24	2°. 28'. 27"	+ 0°. 2'. 26"	
	6. 20	7. 31	2. 31. 52	+ 0. 3. 25	
	9. 0	8. 27	2. 49. 27	+ 0. 17. 35	
	9. 45	8. 15	2. 43. 36	- 0. 5. 51	1°. 6'. 55."
4	7. 15 a. m.	13. 16	4. 21. 45	+ 1. 38. 9	
	9. 0	13. 36	4. 31. 31	- 0. 9. 46	
	9. 24	12. 22	4. 5. 9	- 0. 26. 22	
	10. 0	9. 39	3. 14. 51	- 0. 50. 18	
	11. 0	9. 26	3. 8. 30	- 0. 6. 21	
	1. 30 p. m.	5. 9	1. 42. 4	- 1. 26. 26	
	1. 46	5. 3	1. 39. 8	- 0. 2. 56	
	2. 40	5. 9	1. 42. 4	+ 0. 2. 56	
	3. 30	4. 36	1. 35. 43	- 0. 6. 21	
	4. 30	5. 26	1. 50. 22	+ 0. 14. 39	
	5. 40	5. 26	1. 50. 22	0. 0. 0	
	6. 33	6. 29	2. 11. 22	+ 0. 21. 0	
	9. 0	8. 22	2. 47. 1	+ 0. 35. 39	2. 55. 48
5	7. 30 a. m.	11. 6	3. 37. 48	+ 0. 50. 47	0
	8. 40	11. 6	3. 37. 48	0. 0. 0	0
	1. 10 p. m.	7. 34	2. 33. 20	- 1. 4. 28	0
	4. 0	8. 4	2. 38. 13	+ 0. 4. 53	0
	5. 48	8. 39	2. 55. 19	+ 0. 17. 6	1. 4. 28

Observationes allatae quatuor dierum magnam primo apud nos variationem declinationis acus magneticæ diurnam ostendunt. Deinde quoque plane contrariam illi, quam alii invenerunt, indicare videntur legem variationis. Die enim 2, 4 & 5 Septem-

tembris a hora octava vel nona matutina ad horam primam, secundam vel tertiam pomeridianam decrevit declinatio occidentalis, ab hoc autem tempore ad horam nonam vel decimam vespertinam crevit. Toto vero die 3 Septembbris continuo fere major evasit.

Inopinatam omnino variationum naturam, quam hæ observationes ostendunt, penitus esse examinandum judicavimus, observationesque ulterius continuandas, ut vel stabiliretur lex inventa, vel etiam innotesceret, si forte res aliquæ externæ ad illam mutandam conferrent. Eadem acu, vi magnetica, quantam accipere potuit, prædita, ita usi sumus, ut variationes duplo fere majores quam antea ostenderet. Globo enim plumbeo diametri dimidii pollicis, malleo parum compresso, cera agglutinavimus polum australem acus nostræ, nee non huie perpendiculariter insistentem hamum orichalceum, cuius ope globus in catena, e pilis humanis composita, ita pendere potuit, ut horizontalis esset acus. Cum, ad evitandam perturbationem a motu aëris, aquæ immergendas esse acum judicaverimus, cera quoque eam induimus, ne ferrugine læderetur. Vase argillaceo continebatur aqua, in qua Microscopio & Micrometro antea descripto observabantur variationes declinationis acus. Erat autem hic  $r = 4,4$ , manentibus  $a, b$  &  $e$  iisdem ac antea; quare inventus est angulus variationis uni rotationi cochleæ microme-

tricæ respondens seu  $x = m. 10' 5''$ , qui valor in sequentibus observationibus reducendis adhibitus est.

Dies	Hora	$m.$	Declinatio	Augmentum Declinationis	Differentia inter maximum & minimum declinationem.
Sept. 18	8. 0 a. m.	I. 24 0°. 16'. 8'			
	8. 53	0. 36 0. 9. 4	- 0°. 7'. 4"		
	10. 5	I. 20 0. 10. 35	+ 0°. 1. 31		
	11. 0	I. 11 0. 12. 51	+ 0°. 2. 16		
	12. 0	I. 28 0. 17. 9	+ 0°. 4. 18		
	1. 0. p. m.	2. 4 0. 21. 11	+ 0°. 4. 2		
	2. 0	I. 39 0. 19. 55	- 0°. 1. 16		
	3. 0	2. 12 0. 23. 11	+ 0°. 3. 16		
	4. 0	2. 13 0. 23. 26	+ 0°. 0. 15		
	5. 37	I. 10 0. 12. 36	- 0°. 10. 50		
	9. 12	I. 10 0. 12. 36	0. 0. 0	0°. 14'. 22"	
20	8. 8 a. m.	2. 4 0. 21. 11			
	10. 17	I. 36 0. 16. 38	- 0°. 4. 33		
	11. 17	2. 7 0. 21. 56	+ 0°. 5. 18		
	12. 27 p. m.	2. 9 0. 22. 26	+ 0°. 0. 30		
	1. 15	2. 0 0. 20. 10	- 0°. 2. 16		
	1. 30	2. 7 0. 21. 56	+ 0°. 1. 46		
	2. 0	2. 36 0. 29. 14	+ 0°. 7. 18		
	3. 0	2. 5 0. 21. 26	- 0°. 7. 48		
	4. 0	2. 4 0. 21. 11	- 0°. 0. 15		
	9. 5	0. 20 0. 5. 3	- 0°. 16. 8		
	10. 0	0. 32 0. 8. 4	+ 0°. 3. 10. 24	31	
Oct.	8. 0 a. m.	I. 8 0. 12. 6			
	2. 0 p. m.	I. 33 0. 18. 24	+ 0°. 6. 18		
	3. 0	I. 4 0. 11. 6	- 0°. 7. 18		
	4. 0	I. 4 0. 11. 6	0. 0. 0		
	5. 0	0. 24 0. 6. 3	- 0°. 5. 3		
	9. 30	0. 0 0. 0. 0	- 0°. 6. 30. 18. 24		

Dies	Hora	m	Declinatio	Augmentum Declinationis	Differentia inter maxim. & minimam declinationem.
Ost.	7h. 30' a. m.	0. 25	0°. 6'. 18"		
5	8. 0	0. 6	0. 1. 31	-0°. 4'. 47"	
	9. 0	0. 5	0. 1. 16	-0. 0. 15	
	10. 0	0. 14	0. 3. 32	+0. 2. 16	
	11. 0	0. 15	0. 3. 47	+0. 0. 15	
	12. 0	2. 16	0. 24. 12	+0. 20. 25	
:	1. 0 p. m.	2. 16	0. 24. 12	0. 0. 0	
	2. 0	2. 29	0. 27. 29	+0. 3. 17	
	7. 0	0. 22	0. 5. 33	-0. 21. 56	
	10. 0	0. 35	0. 8. 49	+0. 3. 16	0°. 26'. 13"
6	8. 0 a. m.	0. 12	0. 3. 1		
	9. 0	0. 12	0. 3. 1	0. 0. 0	
	9. 30	0. 12	0. 3. 1	0. 0. 0	
	10. 0	0. 29	0. 7. 19	+0. 4. 18	
	10. 30	0. 29	0. 7. 19	0. 0. 0	
	11. 15	2. 3	0. 20. 55	+0. 13. 36	
	12. 0	2. 0	0. 20. 10	-0. 0. 45	
	1. 0 p. m.	2. 17	0. 24. 27	+0. 4. 17	
	2. 0	2. 3	0. 20. 55	-0. 3. 32	
	3. 0	2. 3	0. 20. 55	0. 0. 0	
	9. 30	0. 28	0. 7. 4	-0. 13. 51	0. 21. 26
7	7. 40 a. m.	0. 35	0. 8. 49		
	9. 0	1. 30	0. 17. 39	+0. 8. 50	
	10. 0	2. 19	0. 24. 57	+0. 7. 18	
	12. 0	3. 0	0. 30. 15	+0. 5. 18	
	1. 0 p. m.	3. 12	0. 33. 16	+0. 3. 1	
	2. 0	2. 4	0. 21. 11	-0. 12. 5	
	3. 0	1. 10	0. 12. 36	-0. 8. 35	
	5. 0	1. 22	0. 15. 38	+0. 3. 2	
	9. 0	1. 20	0. 15. 8	-0. 0. 30	0. 24. 27

Allatae hæ observationes in eo convenient, quod offendant declinationem occidentalem maximam fuisse hora prima, secunda, tertia vel quarta post meridiem, minorem autem tempore & matutino & vespertino, quæ variationis lex eadem est, quam aliis locis alii invenerunt, contraria vero illi, quæ nobis fese in præcedentibus obtulit. Pauciora nobis adhuc contigit instituere experimenta circa hanc rem, quam ut illam repugnantiam certo explicare possemus. Id autem hic indicandum esse putamus, nos, easdem cautions in utraque serie observationum de cetero adhibentes, acum magneticam secundo, quarto & qvinto Septembris fulgori solis exposuisse, reliquis autem diebus, nempe 3 & 18 Septembris, quando nubibus plene obiectum erat cœlum, nec non 20 Septembris, 4, 5, 6 & 7 Octobris, etiam si his sol luceret, in aprico non constituisse. — Repulsionem inter acum magneticam & corpus humanum, de qua memorat CASSINI, animadvertere non potuimus; ad id autem credendum proni sumus, præsentiam plurium hominum declinationem acus occidentalem minuere. Non enim semel sed pluries accidit, ut ad meridianum terrestrem proprius accederet, quando plures aderant homines ad unam vel alteram partem acus constituti. Eundem igitur effectum in acum exseruerunt fulgor solis & præsensia hominum, quem ex aucto calore acus derivaremus, si in aëre suspensa fuisse; dubitamus nempe,

an tam cito calefacta sit aqua, cui immersa erat  
 acus, ut intra tempus 15', quo temperatura aëris  
 parum aucta est, notabilis observaretur declinationis  
 variatio. Affici autem a calore acum magneticam  
 ita, ut mutetur ejus vis attrahendi, ostendunt expe-  
 rimenta D:ni CANTON, quæ quidem respectu de-  
 clinationis magneticæ repeti merentur. — Ab au-  
 rora etiam boreali declinationem occidentalem mi-  
 nui experti sumus; an vero hic constans vel for-  
 tuitus ejus fuerit effectus, nondum certo constat.



te, que se ha de tener en cuenta para el manejo de la cultura, es la existencia de una sola especie de agente fitofágico que ataca las hojas y tallos de los cultivos. Aunque existen otros agentes que atacan las hojas de los cultivos, éstos no son tan numerosos ni tan intensamente dañinos como el agente fitofágico que se menciona.

Este agente fitofágico es el que se menciona en el apartado anterior y que se considera